1963

ELENCHUS RITUUM

AD INSTAR "APPENDICIS" RITUALIS ROMANI AD USUM AMERICÆ LATINÆ

CONSEJO EPISCOPAL LATINO AMERICANO

CELAM

ANNO DOMINI MCMLXII

TYPIS BEDOUT - MEDELLII

EX AUCTORITATE SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE

PRIVILEGIUM

PROPRIUM DENIQUE PRIVILEGIUM INTEGRAM TYPIS EDENDI HUIUSMODI COLLECTIONEM NUNC ET IN POSTERUM ESTO UNIUS ET SOLIUS CONSILII EPISCOPALIS C.E.L.A.M.

FINALMENTE SEA PRIVILEGIO PROPIO AHORA Y EN ADELANTE, UNICA Y SOLAMENTE DEL CONSEJO EPISCOPAL C.E.L.A.M., LA EDICION INTEGRA DE ESTA COLECCION.

SACRA RITUUM CONGREGATIO

N. D. 2/960

ROMAE, DIE 27 IUNII 1962

COPYRIGHT 1962 BY "EDITORIAL BEDOUT" - PRINTED AND BOUND IN MEDELLIN - COLOMBIA

SACRA CONGREGATIO
RITUUM

N. D. 2/960.

DIŒCESIUM AMERICÆ LATINÆ

Ad Christifidelium intelligentiam et pietatem fovendam, Exc.mus ac Rev.mus Dominus Michaël Darius Miranda Gómez, Archiepiscopus Mexicanus Præsesque Consilii Episcopalis Latini-Americani, compendiaria voce CELAM nuncupati, vota quoque expromens omnium Exc.morum ac Rev.morum Ordinariorum Ditionis Americæ Latinæ, Sanctitatem Suam enixe adprecatus est, ut in administrandis quibusdam Sacramentis, Baptismo videlicet, Extrema Unctione et Matrimonio, nec non in Exsequiis Defunctorum peragendis, usum sermonis Hispanici, in determinatis quidem precibus recitandis, indulgere benigne dignaretur: Quem in finem Collectionem quandam, ad instar Appendicis Ritualis Romani, cura ac studio virorum in re liturgica peritorum concinnatam, iudicio sacri Consilii legitimis ritibus cognoscendis præpositi pro opportuna approbatione humillime obtulit.

Sacra porro eadem Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino nostro IOANNE PAPA XXIII *tributarum, huiusmodi expositum opus a se diligenti studio revisum, prout in adnexo prostat exemplari sub titulo* ELENCHUS RITUUM AD INSTAR APPENDICIS RITUALIS ROMANI AD USUM AMERICAE LATI-

NAE, *probavit et adhibendum benigne concessit, servatis tamen ea quæ sequuntur:*

1º In hac rituum collectione typis edenda, textus Latinus semper integer referatur, conversio vero Hispanica, in iis tantum quæ permittuntur, iuxta Latinum textum ponatur.

2º In administratione Sacramentorum, in quantum ad populi intellectum et pietatem necesse sit, Sacerdos vernacula lingua proferat hæc tantum quæ sequuntur, nimirum:

a) in Baptismo parvulorum: exorcismi, omnes unctionum et benedictionum formulæ, necnon ipsa Baptismi forma, ponantur in solo textu Latino, ac proinde semper et solo hoc sermone dicantur.

b) in administratione Baptismi adultorum, præter ea quæ superius sunt recensita, Latina dumtaxat lingua typis exarentur et recitentur psalmi et aliæ preces seu orationes initiales.

c) in ordine Sacramenti Extremæ Unctionis administrandæ, Latina solum lingua adhibeatur in oratione impositionis manuum super infirmum, in verbis quæ unctiones comitantur, et in subsequentibus orationibus.

d) in celebratione Matrimonii sermone Hispanico uti valet Sacerdos ad omnia, præter benedictionem anuli et formulam "Ego coniungo vos...", et præter formulas, quæ intra Missam dicuntur. In benedictione autem nuptiali extra Missam, ex Apostolico Indulto danda quando Missa non litatur, preces quæ in Rituali Romano habentur, recitari possunt lingua Hispanica.

3º *In Exsequiis pro fidelibus defunctis sola Latina lingua preces et absolutiones peragi debent. Nihil tamen vetat quominus, hoc ritu absoluto, vulgari sermone aliæ addantur preces, pro opportunitate temporis et loci ab Ordinariis locorum determinandæ et ab ipso Sacerdote recitandæ.*

Hac autem rituum Collectione uti tenentur *omnes et singulæ diœceses quæ pertinent ad Cœtus Episcopales nationum quibus constat Consilium Episcopale compendiarie vocatum CELAM, eaque adhiberi potest etiam in aliis diœcesibus, in quibus christifideles Latini-Americani inveniantur.*

Proprium denique privilegium integram *typis edendi huiusmodi* Collectionem *nunc et in posterum esto unius et solius Consilii Episcopalis CELAM.*

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romæ, ex ædibus Sacræ Rituum Congregationis, die 27 mensis Iunii, Anno Domini 1962.

ARCADIUS CARD. LARRAONA
S. R. C. PRAEFECTUS

HENRICUS DANTE
A SECR.

SACRA CONGREGATIO
RITUUM

PROT. N. D. 2/960.

DIŒCESIUM AMERICÆ LATINÆ

Instante Exc.mo ac Rev.mo Domino Michaële Dario Miranda Gómez, Archiepiscopo Mexicano atque Præside Consilii Episcopalis compendiarie CELAM nuncupati, Sacra Ritum Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino nostro IOANNE PAPA XXIII *tributarum, attentis peculiaribus locorum adiunctis, benigne indulget ut, in collatione infantibus Baptismi, quando eorum numerus quinque excedat, in numero plurali fieri valeant interrogationes omnes et orationes, etiam eæ quæ cæremonias respiciunt singulis baptizandis repetendæ, exceptis ipsa Baptismi formula, unctione chrismatis, candidæ vestis impositione et accensæ candelæ traditione, quæ singulariter singulis iterandæ sunt: id quidem iis in diœcesibus, quibus ius est adhibendi Collectionem rituum cui index: Elenchus rituum ad instar Appendicis Ritualis Romani ad usum Americæ Latinæ ab eadem Sacra Congregatione approbatam. Contrariis non obstantibus quibuslibet.*

Die 27 Iunii 1962.

ARCADIUS CARD. LARRAONA
S. R. C. PRAEFECTUS

HENRICUS DANTE
A SECR.

FORMULAS Y ORACIONES COMUNES

según texto aprobado por la S. C. de R.

El "Padre Nuestro"

Padre nuestro,
que estás en los cielos,
santificado sea tu nombre;
venga a nosotros tu Reino,
hágase tu voluntad,
así en la tierra como en el cielo.
Danos hoy nuestro pan de cada día;
perdónanos nuestras deudas,
así como nosotros perdonamos
a nuestros deudores;
y no nos dejes caer en tentación;
mas líbranos del mal.
Amén.

El "Credo"

Creo en Dios,
PADRE todopoderoso,
creador del Cielo y de la Tierra.
Creo en Jesucristo su único HIJO,
Nuestro Señor,
que fue concebido por obra
y gracia del Espíritu Santo;
nació de Santa María Virgen;

padeció bajo el poder de Poncio Pilato;
fue crucificado,
muerto y sepultado;
descendió a los infiernos;
al tercer día resucitó de entre los muertos;
subió a los cielos y está
a la diestra de Dios Padre;
desde allí ha de venir a juzgar
a los vivos y a los muertos.
Creo en el ESPÍRITU SANTO,
en la Santa Iglesia Católica,
la comunión de los Santos,
el perdón de los pecados,
la resurrección de los muertos
y la vida eterna.
Amén.

La "Confesión General"

Yo, pecador, reconozco
delante de Dios todopoderoso,
delante de la Inmaculada siempre Virgen
María
y de todos los Santos,
y en tu presencia, Padre,
que soy culpable, porque he pecado mucho
con pensamientos, palabras y obras,
por mi culpa, por mi culpa, por mi gravísima
culpa.
Arrepentido de todos mis pecados
te pido ruegues por mí
a Dios Nuestro Señor. Así sea.

El "Acto de Contrición"

Jesús,
mi Señor y Redentor!
Yo me arrepiento de todos los pecados
que he cometido hasta hoy,
y me pesa de todo corazón porque con ellos
ofendí a un Dios tan bueno.
Propongo firmemente no volver a pecar,
y confío en que por tu infinita misericordia,
me has de conceder el perdón de mis culpas
y me has de llevar a la vida eterna.
Amén.

La lengua vulgar en el rito del Matrimonio

La Sagrada Congregación de Ritos fue consultada oficialmente por la Presidencia del CELAM si, al conceder el Indulto del "ELENCHUS RITUUM" para la América Latina, se había tenido en cuenta la costumbre inmemorial de usar el castellano en la fórmula "*Ego coniungo vos...*", del Matrimonio, según el Manual Toledano, y había sido intención de dicha Sagrada Congregación suprimir el uso del castellano en esa fórmula: o si, por el contrario, y en virtud de la costumbre inmemorial vigente en la América Latina, se podía continuar la costumbre.

Cuando ya la presente edición estaba en prensa se recibió un cable fechado en Roma el 24 de agosto y firmado por el Secretario de la Pontificia Comisión de Sagrada Liturgia Preparatoria del Concilio Ecuménico, Consultor de la Sagrada Congregación de Ritos, cuyo texto es el siguiente:

CONCEDITUR LINGUA VULGARIS RITU MATRIMONII.

BUGNINI.

La facultad anterior, transmitida por el Rev.mo P. Bugnini, fue concedida por el Emmo. Card. Prefecto de la Sda. Congregación de Ritos, el día 24 de agosto de 1962, como consta en carta recibida posteriormente.

Por la premura en hacer la entrega de la edición antes de la celebración del Concilio, no fue posible esperar la llegada del rescripto pontificio para incorporar su publicación en la presente edición.

INDICE

INTRODUCTIO

INDULTUM APPROBATIONIS 5

INDULTUM CIRCA BAPTISMUM PLURIUM INFANTIUM 8

FORMULAS Y ORACIONES COMUNES 9

LA LENGUA VULGAR EN EL MATRIMONIO 12

INDICE 13

EXCERPTA EX RITUALI ROMANO

Ordo Baptismi unius parvuli 17

Ordo Baptismi plurium infantium 34

Ritus Confirmationis a simplici sacerdote conferendæ in periculo mortis 51

DE VISITATIONE ET CURA INFIRMORUM

Schema brevius 57

Schemata longiora 62

I. *Non inveni tantam fidem* 62

II. *Super ægros manus imponent* 69

III. *Imperavit febri et dimisit illam* 76

IV. *Surge, tolle grabatum tuum, et ambula* 82

V. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri* 90

Ordo Ministrandi Viaticum et Communionem infirmorum 98

Ordo ministrandi Sacramentum Extremæ Unctionis 109

Ritus Benedictionis Apostolicæ cum indulgentia plenaria 123

Ordo commendationis animæ 131

Ritus continuus infirmum muniendi Sacramentis extremis 175

DE SACRAMENTO MATRIMONII

Matrimonii celebratio 176

Benedictio nuptialis intra Missam 186

Benedictio nuptialis extra Missam 188

Preces recitandæ extra Missam super coniuges ex Apostolico Indulto quando Benedictio nuptialis non permittitur 191

BENEDICTIONES

1. - Benedictio domorum extra Tempus Paschale 195

2. - I. Alia benedictio domorum extra T. P. 197

II. Tempore Paschali 199

3. - Benedictio thalami 201

4. - Benedictio imaginis D. N. Iesu Christi 203

5. - Benedictio imaginis B. M. V. vel alicuius Sancti 205

6. - Benedictio mulieris prægnantis, in periculis partus 207

7. - Benedictio mulieris post partum 212

8. - Benedictio infantis 217

9. - Benedictio pueri ad obtinendam super ipsum misericordiam Dei 219

10. - Benedictio puerorum, cum præsertim in ecclesia præsentantur 222

11. - Benedictio puerorum ægrotantium 227

12. - Pro gratiarum actione in 25° vel 50° anniversario a celebratione matrimonii 234

13. - Omnis rei benedictio seu ad omnia 239

14. - Benedictio domus scholaris 241

15. - Benedictio vehiculi 243

16. - Benedictio novorum fructuum 244

17. - Benedictio anulorum in promissione matrimonii 245

18. - Formula brevior benedicendi et imponendi Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo 248

19. - In gratiarum actione. Te Deum et Orationes 251

Ordo Exsequiarum 257

Ordo sepeliendi parvulos 273

APENDICE AL "ELENCHUS RITUUM"

1. - Consagración del niño a la Santísima Virgen María (*Después del Bautismo*) 285

2. - Renovación de las promesas del Santo Bautismo en la Primera Comunión 286

3. - Preces en lengua vulgar para las exequias 289

APPENDIX

Ordo ad faciendam aquam benedictam 324

Benedictio populi cum aqua benedicta 327

EXCERPTA

EX RITUALI ROMANO

ORDO BAPTISMI PARVULORUM

I

SI UNUS TANTUM BAPTIZATUR

(Rit. Rom., tit. II, cap. 2)

Prima Pars

AD LIMEN ECCLESIÆ

Instructio

Habéis traído a este niño (esta niña), hermanos míos, para pedir que sea incorporado (incorporada) a la Iglesia de Dios por medio del Bautismo, que es el primero de los sacramentos. Y en verdad, de poco le aprovecharía su nacimiento, si la misericordia de Dios no lo (la) llamara a participar de los frutos de la Redención. Porque el Bautismo es un signo sagrado instituído por Nuestro Señor Jesucristo, y a todos tan necesario que "si alguno no renace del agua y del Espíritu Santo, no puede entrar en el reino de Dios" (Jn. 3, 5). *Por este sacramento morimos con Cristo al pecado y somos consepultados juntamente con El, "para que como Cristo resucitó de entre los muertos por la gloria del Padre, así también nosotros vivamos una vida nueva"* (Rm. 6, 4) *de hijos de Dios.*

1. Primæ interrogationes.

Sacerdos interrogat infantem:

N., qué pides a la Iglesia de Dios?

N., quid petis ab Ecclésia Dei?

Patrinus respondet:

℟. La fe.

℟. Fidem.

Sacerdos:

Qué te alcanza la fe?

Fides, quid tibi præstat?

Patrinus respondet:

℟. La vida eterna.

℟. Vitam ætérnam.

2. Monitio.

Sacerdos:

Si quieres, pues, entrar a la vida eterna, cumple los mandamientos: amarás al Señor, tu Dios, con todo tu corazón, con toda tu alma, con toda tu mente, y a tu prójimo como a ti mismo.

Si ígitur vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut teípsum.

3. Exsufflatio et primus exorcismus.

INSTRUCTIO

Todos nacemos bajo el poder del demonio, pero, en el nombre de Dios, lo expulsaremos de este niño (esta niña).

Deinde ter exsufflat léniter in faciem infantis, et dicit semel:

Retírate de él (de ella), espíritu inmundo, y da el lugar al Espíritu Santo Paráclito.

Exi ab eo ea, immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

4. Prima signi Crucis impressio – Oratio.

INSTRUCTIO

Vamos a marcar a este niño (esta niña) con el signo de la Cruz que es la señal del cristiano. En ella está nuestra salvación, vida y resurrección.

Postea pollice facit signum crucis in fronte et in pectore infantis, dicens:

Recibe el signo de la Cruz en tu frente ✠ y sobre tu corazón ✠: sé fiel a los mandamientos divinos, y vive de tal manera que desde ahora puedas ser templo de Dios.

Accipe signum Crucis tam in fron ✠ te, quam in cor ✠ de, sume fidem cæléstium præceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

ORATIO

Oremos.

TE ROGAMOS, Señor, que escuches benignamente nuestras súplicas, y defiendas con tu constante protección a tu elegido (elegida) N., marcado (marcada) con la señal de la Cruz de Cristo: para que, permaneciendo fiel

Orémus.

PRECES nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) Crucis Domínicæ impressióne signátum (-am) perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis glóriæ tuæ

a las primeras enseñanzas sobre la grandeza de tu gloria, merezca llegar, por la observancia de tus mandamientos, a la gloria de la regeneración. Por Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: **Así sea.**

rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

5. Prima manus impositio.

INSTRUCTIO

Pidamos a Dios libre a este niño (esta niña) del poder de Satanás, para que Cristo tome posesión de él (de ella) y lo (la) incorpore a su Iglesia.

Deinde imponit manum super caput infantis, et postea, manum extensam tenens dicit:

ORATIO

Oremos.

DIos omnipotente y eterno, Padre de Nuestro Señor Jesucristo, dirige una mirada a tu siervo (sierva) N., a quien te has dignado llamar para iniciarlo (iniciarla) en la fe. Aparta de él (ella) toda ceguera espiritual, y rompe todos los lazos con que Satanás le (la) tenía esclavizado (esclavizada). Abrele, Señor, la puerta

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Iesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulan tuam N., quam) ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, iánuam pietátis

de tu misericordia para que impregnado (impregnada) con la sal, símbolo de tu sabiduría, carezca de la corrupción de las pasiones, y, atraído (atraída) por la suave fragancia de tus enseñanzas, te sirva con alegría en tu Iglesia, y se perfeccione constantemente. Por el mismo Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: Así sea.

tuae, ut, signo sapiéntiae tuae imbútus (-a), ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et profíciat de die in diem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

6. Benedictio salis.

Deinde Sacerdos benedicit sal, quod semel benedictum alias ad eumdem usum deservire potest.

BENEDICTIO SALIS

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Iesu ✠ Christi, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti. Exorcízo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum ✠, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti ✠ fices, et benedicéndo bene ✠ dícas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

7. Salis impositio.

INSTRUCTIO

Demos a este niño (esta niña) la sal bendecida, y pidamos a Dios que lo (la) preserve de la corrupción.

Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis dicens:

N, recibe la sal de la sabiduría. Que te sirva para la vida eterna.

Responden todos: Así sea.

Sacerdote: El Señor te de su paz.

Responden todos: Y también a tí.

N, áccipe sal sapiéntiæ: propitiátio sit tibi in vitam ætérnam.

℟. Amen.

Sacerdos: Pax técum.

℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO

Oremos.

DIos de nuestros padres, Dios fuente de toda verdad, te pedimos suplicantes mires propicio a este siervo tuyo (esta sierva tuya) N, que acaba de gustar este primer alimento de la sal, y no permitas que por más tiempo padezca de hambre, sino, saciado (saciada) con el alimento celestial, sea siempre fervoroso (fervorosa) de espíritu, alegre por la esperanza y fiel al servicio de tu Nombre. Te rogamos,

Orémus.

DEUS patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleátur cæléstі, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens. Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ regenera-

Señor, lo (la) conduzcas a la fuente del nuevo nacimiento, para que merezca obtener, juntamente con tus fieles, los premios eternos que nos has prometido. Por Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: Así sea.

tiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérna præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

8. Secundus exorcismus, et secunda signi crucis impressio.

INSTRUCTIO

Ordenamos a Satanás, en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo, que salga y se aparte para siempre de este niño (esta niña).

EXORCÍZO te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N.: Ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Iesu Christo Fílio eius, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dóminus noster Iesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:

Y este signo de la Santa Cruz ✠ con que marcamos su frente, tú, Demonio maldito, nunca te

Et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis, quod nos frónti eius damus, tu, maledícte diábole, numquam

atrevas a profanarlo. Te lo mandamos en el nombre de Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: **Así sea.**

áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

9. Secunda manus impositio.

INSTRUCTIO

Volvemos a implorar sobre este niño (esta niña) la protección de Dios, para que lo (la) ilumine y purifique.

Mox imponit manum super caput infantis, et postea, manum extensam tenens, dicit:

ORATIO

Oremos.

SEÑOR, Padre Santo, omnipotente y eterno Dios, Autor de la luz y de la verdad, imploro tu eterna y justísima misericordia sobre tu siervo (sierva) N., para que te dignes iluminarlo (iluminarla) con la luz de tu inteligencia. Purifícalo (purifícala) y santifícalo (santifícala). Dale la verdadera ciencia, para que, hecho digno (hecha digna) de la gracia de tu Bautismo, conserve firme esperanza, recto criterio y la doctrina santa. Por Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: **Así sea.**

Orémus.

AETÉRNAM, ac iustíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (eam), et sanctífica: da ei sciéntiam veram, ut, dignus (-a) grátia Baptísmi tui effféctus (-a), téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

SECUNDA PARS

IN ECCLESIA

10. Ingressus in ecclesiam.

Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ pendentem a suo humero sinistro super infantem, et introducit eum in ecclesiam, dicens:

INSTRUCTIO

Bajo el poder de esta estola, insignia de sagrada autoridad, lo (la) recibimos en la Iglesia de Dios.

N., entra en la casa de Dios para que tengas parte con Cristo en la vida eterna.

Responden todos: **Así sea.**

N., ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam ætérnam.

℟. **Amen.**

11. Symbolum et oratio dominica.

INSTRUCTIO

Completemos la preparación de este niño (esta niña), y, en su nombre, digamos el Credo, como profesión de fe.

Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos, procedens ad Fontem, cum susceptoribus coniunctim clara voce dicit:

CREO en Dios, **Padre** todopoderoso, creador del Cielo y de la Tierra. Creo en Jesucristo su único **Hijo**, Nuestro Señor, que fue concebido por obra y gracia del Espíritu Santo; nació de

CREDO in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María

Santa María Virgen; padeció bajo el poder de Poncio Pilato; fue crucificado, muerto y sepultado; descendió a los infiernos; al tercer día resucitó de entre los muertos; subió a los cielos y está a la diestra de Dios Padre; desde allí ha de venir a juzgar a los vivos y a los muertos. Creo en el **Espíritu Santo,** en la Santa Iglesia Católica, la comunión de los Santos, el perdón de los pecados, la resurrección de los muertos y la vida eterna. Amén.

Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, Sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Instructio

En nombre del niño (de la niña), recemos la oración de Jesucristo: el Padre Nuestro.

Padre nuestro, que estás en los cielos, santificado sea tu nombre; venga a nosotros tu Reino, hágase tu voluntad, así en la tierra como en el cielo. Danos hoy nuestro pan de cada día; perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores; y no nos dejes caer en tentación; mas líbranos del mal. Amén.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

12. Tertius exorcismus.

INSTRUCTIO

Nuevamente conjuramos al demonio se aparte de este niño (esta niña), elegido (elegida) para ser templo del Espíritu Santo.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit:

EXORCISMUS

EXORCÍZO te, omnis spíritus inmúnde, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Iesu ✠ Christi Fílii ejus, Dómini et Iúdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei N, quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

13. Sensuum aperitio.

Postea Sacerdos pollice tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit:

Éphpheta, quod est, Adaperíre

Deinde tangit nares, dicens:

In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

14. Satanæ abrenuntiatio.

INSTRUCTIO

Los padrinos manifiesten, en nombre del niño (de la niña), la decisión de renunciar al espíritu del mundo y de aceptar el Evangelio.

Postea interrogat baptizandum, dicens:

N., **renuncias a Satanás?**	N., **abrenúntias sátanæ?**

Respondet Patrinus:

℟. **Renuncio.**	℟. **Abrenúntio.**

Sacerdos:

Y a todas sus obras?	**Et ómnibus opéribus ejus?**

Patrinus:

℟. **Renuncio.**	℟. **Abrenúntio.**

Sacerdos:

Y a todas sus seducciones?	**Et ómnibus pompis ejus?**

Patrinus:

℟. **Renuncio.**	℟. **Abrenúntio.**

15. Oleo Catechumenorum unctio.

INSTRUCTIO

Lo (la) ungimos ahora con el Oleo santo que lo (la) fortalecerá en su lucha contra el Demonio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens semel:

Ego te línio ✠ óleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut habeas vitam ætérnam.

℟. **Amen.**

16. Abstersio.

Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simil.

Tertia Pars

INGRESSUS IN BAPTISTERIUM

17. Professio fidei.

Stans ibidem extra cancellos, deponit stolam violaceam et sumit stolam albi coloris.

Instructio

Con el cambio de estola expresamos la alegría de que este niño (esta niña) sea hecho hijo (hecha hija) de Dios. En su nombre hagamos la profesión de fe.

Tunc ingreditur Baptisterium, in quod intrat etiam patrinus cum infante.

Sacerdos ad Fontem interrogat, expresso nómine, baptizandum, patrino respondente:

Sacerdos:

N., crees en Dios, Padre todopoderoso, creador del cielo y de la tierra?	N., credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?

Patrinus:

℟. Creo.	℟. Credo.

Sacerdos:

Crees en Jesucristo, su Hijo único y Señor Nuestro, que nació y padeció por nosotros?	Credis in Iesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum?

Patrinus:

℟. Creo.	℟. Credo.

Sacerdos:

Crees en el Espíritu Santo, en la Santa Iglesia Católica, en la comunión de los Santos, el perdón de los pecados, la resurrección de los muertos y la vida eterna?

Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, et vitam ætérnam?

Patrinus:

℟. Creo.

℟. Credo.

18. Interrogatio.

Subinde, expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit:

N., quieres ser bautizado?

N., vis baptizári?

Patrinus:

℟. Quiero.

℟. Volo.

19. Baptismus.

Instructio

Hermanos, roguemos al Padre de Nuestro Señor Jesucristo, para que, mediante las aguas de esta sagrada Fuente, donde descendió la virtud del Espíritu Santo en la Santa Vigilia de la Resurrección, este niño (esta niña) viva con nosotros en Jesucristo Nuestro Señor.

Tunc patrino, vel matrina, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo seu urceolo accipit aquam baptismalem, et eam ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte, et attente, dicit:

N., ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, fundit primo, et Fí ✠ lii, fundit secundo, et Spíritus ✠ Sancti, fundit tertio.

Ubi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem, et, advertens ne lædatur, caute immergit, et trina immersione baptizat, et semel tantum dicit:

N., Ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

20. In dubio.

Si vero dubitetur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N., si non es baptizátus (-a), ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

21. Sancto Chrismate unctio.

INSTRUCTIO

Ungimos con el Santo Crisma a este niño (esta niña) a quien santificó el bautismo e hizo participante del Sacerdocio de Jesucristo.

Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens:

DEUS omnípotens, Pater Dómini nostri Ieṣu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (hic inungit), ipse te líniat ✠ Chrismate salútis in eódem Christo Iesu Dómino nostro in vitam ætérnam.

℟. Amen.

Tum bombacio, vel re simili, abstergit pollicem et lo-cum inunctum.

Sacerdote: **El Señor te dé su paz.**	Sacerdos: **Pax tibi.**
Responden todos: **Y también a tí.**	℟. **Et cum spíritu tuo.**

22. Candidæ vestis impositio.

INSTRUCTIO

Vistámosle la túnica que representa la gracia de su Bautismo, según enseña el Apóstol: "Cuantos habéis sido bautizados, os habéis vestido de Cristo". (Gal. 3, 27).

Tunc imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albae, dicens:

Recibe esta vestidura blanca, llévala sin mancha hasta el tribunal de Nuestro Señor Jesucristo, para que poseas la vida eterna.

Responden todos: **Así sea.**

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam.

℟. **Amen.**

23. Luminis traditio.

INSTRUCTIO

Y que nuestro hermano sea luz en el Señor, para que, por su fe y buenas obras, brille ante los hombres, y glorifique a nuestro Padre que está en los cielos.

Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam, dicens:

Recibe esta lámpara encendida, conserva sin mancha la gracia de tu Bautismo, cumple los mandamientos de Dios, y así, cuando venga el Se-

Accipe lámpadem arderitem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis

ñor a las eternas bodas, puedas salir a su encuentro con todos los Santos del cielo, y vivas por los siglos de los siglos.

Responden todos: **Así sea.**

occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælésti, et vivas in sæcula sæculórum.

℟. **Amen.**

24. Pax et monitio finales.

Postremo dicit:

N., vete en paz, y que el Señor esté contigo.

Responden todos: **Así sea.**

N., vade in pace, et Dóminus sit tecum.

℟. **Amen.**

INSTRUCTIO

Hemos llegado al término, hermanos míos, de este solemne sacramento por el cual Dios, con visible poder, ha aumentado su Iglesia con un nuevo hijo. Demos gracias al Señor por este beneficio que ha sido un nuevo triunfo de Cristo, día de gozo para esta Comunidad Cristiana, y motivo de alegría para un hogar creyente.

Vínculos espirituales, que impiden el matrimonio, unen a los padrinos con el bautizado. Ellos han adquirido la grave responsabilidad de velar por la educación cristiana del niño (de la niña), y, sobre todo, de darle ejemplo de vida cristiana. Vivid, pues, digna y santamente en la vocación a que fuísteis llamados, en Cristo Nuestro Señor.

II

SI PLURES BAPTIZANTUR

(Rit. Rom., tit. II, cap. 2)

Prima Pars

AD LIMEN ECCLESIÆ

Instructio

Habéis traído a estos niños (estas niñas), hermanos míos, para pedir que sean incorporados (incorporadas) a la Iglesia de Dios por medio del Bautismo, que es el primero de los sacramentos. Y en verdad, de poco les aprovecharía su nacimiento, si la misericordia de Dios no los (las) llamara a participar de los frutos de la Redención. Porque el Bautismo es un signo sagrado instituído por Nuestro Señor Jesucristo, y a todos tan necesario que "si alguno no renace del agua y del Espíritu Santo, no puede entrar en el reino de Dios". (Jn. 3, 5). Por este sacramento morimos con Cristo al pecado y somos consepultados juntamente con El, "para que como Cristo resucitó de entre los muertos por la gloria del Padre, así también nosotros vivamos una vida nueva" (Rm. 6, 4) de hijos de Dios.

1. Primæ interrogationes.

Sacerdos interrogat infantes, singulariter singulos:

N., qué pides a la Iglesia de Dios?	N., quid petis ab Ecclésia Dei?

Patrinus respondet:

℟. **La fe.**	℟. **Fidem.**

Sacerdos:

Qué te alcanza la fe?	Fides, quid tibi præstat?

Patrinus respondet:

℟. La vida eterna.	℟. Vitam ætérnam.

2. Monitio.

Sacerdos (etiam singulariter singulis):

Si quieres, pues, entrar a la vida eterna, cumple los mandamientos: amarás al Señor, tu Dios, con todo tu corazón, con toda tu alma, con toda tu mente, y a tu prójimo como a tí mismo.	Si ígitur vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sícut teípsum.

3. Exsufflatio et primus exorcismus.

INSTRUCTIO

Todos nacemos bajo el poder del demonio, pero, en el nombre de Dios, lo expulsaremos de estos niños (estas niñas).

Deinde ter exsufflat leniter in faciem infantis, et dicit semel (singulariter singulis):

Retírate de él (ella), espíritu inmundo, y da el lugar al Espíritu Santo Paráclito.	Exi ab eo (ea), immúnde spíritus, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.

4. Prima signi Crucis impressio — Oratio.

INSTRUCTIO

Vamos a marcar a estos niños (estas niñas) con el signo de la Cruz que es la señal del cristiano. En ella está nuestra salvación, vida y resurrección.

Postea pollice facit signum crucis in fronte et in pectore infantis, dicens (singulariter singulis):

Recibe el signo de la Cruz en tu frente ✠ y sobre tu corazón ✠ : sé fiel a los mandamientos divinos y vive de tal manera que desde ahora puedas ser templo de Dios.

Accipe signum Crucis tam in fron ✠ te, quam in cor ✠ de, sume fidem cæléstium præceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

ORATIO

Oremos.

TE ROGAMOS, Señor, que escuches benignamente nuestras súplicas, y defiendas con tu constante protección a tus elegidos (elegidas) N. y N., marcados (marcadas) con la señal de la Cruz de Cristo: para que, permaneciendo fieles a las primeras enseñanzas sobre la grandeza de tu gloria, merezcan llegar, por la observancia de tus mandamientos, a la gloria de la regeneración. Por Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: **Así sea.**

Orémus.

PRECES nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: et hos Eléctos tuos (has Eléctas tuas) N. et N. Crucis Domínicæ impressióne signátos (-as) perpétua virtúte custódi; ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servántes, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam perveníre mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

5. Prima manus impositio.

INSTRUCTIO

Pidamos a Dios libre a estos niños (estas niñas) del poder de Satanás, para que Cristo tome pose-

sión de ellos (ellas) y los (las) incorpore a su Iglesia.

Deinde imponit manum super caput singulorum infantium, et postea, manum extensam tenens, dicit:

ORATIO

Oremos.

DIos omnipotente y eterno, Padre de Nuestro Señor Jesucristo, dirige una mirada a tus siervos (siervas) N. y N., a quienes te has dignado llamar para iniciarlos (iniciarlas) en la fe. Aparta de ellos (ellas) toda ceguera espiritual, y rompe todos los lazos con que Satanás los (las) tenía esclavizados (esclavizadas). Abreles, Señor, la puerta de tu misericordia para que impregnados (impregnadas) con la sal, símbolo de tu sabiduría, carezcan de la corrupción de las pasiones, y, atraídos (atraídas) por la suave fragancia de tus enseñanzas, te sirvan con alegría en tu Iglesia, y se perfeccionen constantemente. Por el mismo Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: **Así sea.**

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Iesu Christi, respícere dignáre super hos fámulos tuos N. et N., quos (has fámulas tuas N. et N., quas) ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eis expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fuérant colligáti (-æ): áperi eis, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbúti (-æ), ómnium cupiditátum fœtóribus cáreant, et ad suávem odórem præceptórum tuórum læti (-æ) tibi in Ecclesia tua desérviant, et proficiant de die in diem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

6. Benedictio salis.

Deinde Sacerdos benedicit sal, quod semel benedictum alias ad eumdem usum deservire potest.

BENEDICTIO SALIS

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Iesu ✠ Christi, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti. Exorcízo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum ✠ qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti ✠ fices, et benedicéndo bene ✠ dícas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

7. Salis impositio.

Instructio

Demos a estos niños (estas niñas) la sal bendecida, y pidamos a Dios que los (las) preserve de la corrupción.

Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis, dicens (singulariter singulis):

N., recibe la sal de la sabiduría. Que te sirva para la vida eterna.

Responden todos: **Así sea.**

N., áccipe sal sapiéntiæ propitiátio sit tibi in vitam ætérnam.

℟. Amen.

Sacerdos:

El Señor te dé su paz.

Pax tecum.

Responden todos: Y también a tí.

℟. Et cum spíritu tuo

ORATIO

Oremos.

DIOS DE nuestros Padres, Dios fuente de toda verdad, te pedimos suplicantes mires propicio a estos siervos tuyos (estas siervas tuyas) N. y N., que acaban de gustar este primer alimento de la sal, y no permitas que por más tiempo padezcan de hambre, sino, saciados (saciadas) con el alimento celestial, sean siempre fervorosos (fervorosas) de espíritu, alegres por la esperanza y fieles al servicio de tu Nombre. Te rogamos, Señor, los (las) conduzcas a la fuente del nuevo nacimiento, para que merezcan obtener, juntamente con tus fieles, los premios eternos que nos has prometido. Por Cristo Nuestro Señor.

Orémus.

DEUS patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hos fámulos tuos N. et N. (has fámulas tuas N. et N.) respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántes, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleántur cælésti, quátenus sint semper spíritu fervéntes, spe gaudéntes, tuo semper nómini serviéntes. Perduc eos (eas), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérna præmia cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

Responden todos: Así sea.

℟. Amen.

8. Secundus Exorcismus et secunda signi crucis impressio.

INSTRUCTIO

Ordenamos a Satanás, en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo, que salga y se aparte para siempre de estos niños (estas niñas).

EXORCÍZO te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab his fámulis (famulábus) Dei N. et N.: Ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Iesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab his fámulis (famulábus) Dei N. et N., quia istos (istas) sibi Deus et Dóminus noster Iesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontemque Baptísmatis vocáre dignátus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens (singulariter singulis):

Y este signo de la Santa Cruz ✠ con que marcamos su frente, tú, Demonio maldito, nunca te atrevas a profanarlo. Te lo mandamos en el nombre de Cristo Nuestro Señor.

Et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis, quod nos frónti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam aúdeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

Responden todos: Así sea.

℟. Amen.

9. Secunda manus impositio.

INSTRUCTIO

Volvemos a implorar sobre estos niños (estas niñas) la protección de Dios, para que los (las) ilumine y purifique.

Mox imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea, manum extensam tenens, dicit:

ORATIO

Oremos.

SEÑOR, Padre Santo, omnipotente y eterno Dios, Autor de la luz y de la verdad, imploro tu eterna y justísima misericordia sobre tus siervos (siervas) N. y N., para que te dignes ilumi-narlos (iluminarlas) con la luz de tu inteligencia. Purifícalos (purifícalas) y santifícalos (santifícalas). Dales la verdadera ciencia, para que, hechos dignos (hechas dignas) de la gracia de tu Bautismo, conserven firme esperanza, recto criterio y la doctrina santa. Por Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: Así sea.

Orémus.

AETÉRNAM, ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hos fámulos tuos (has fámulas tuas) N. et N., ut digné-ris eos (eas) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eos (eas), et sanctífica: da eis sciéntiam veram, ut, digni (-æ) grátia Baptísmi tui effécti (-æ), téneant firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

SECUNDA PARS

IN ECCLESIA

10. Ingressus in ecclesiam.

Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ pendentem a suo humero sinistro super primum infantem.

INSTRUCTIO

Bajo el poder de esta estola, insignia de sagrada autoridad, los (las) recibimos en la Iglesia de Dios.

Et introducit eum (quem sequuntur ceteri) in ecclesiam, dicens:

N. y N., entrad en la casa de Dios para que tengáis parte con Cristo en la vida eterna.

Responden todos: **Así sea.**

N. et N., ingredímini in templum Dei, ut habeátis partem cum Christo in vitam ætérnam.

℟. **Amen.**

11. Symbolum et oratio dominica.

INSTRUCTIO

Completemos la preparación de estos niños (estas niñas), y en su nombre, digamos el Credo, como profesión de fe.

Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos, procedens ad Fontem, cum susceptoribus coniuntim clara voce dicit:

CREO en Dios, **Padre** todopoderoso, creador del Cielo y de la Tierra. Creo en Jesucristo su único **Hijo**, Nuestro Señor, que fue concebido por obra y gracia del Espíritu Santo; nació de Santa María Virgen; padeció bajo el poder de Poncio Pilato; fue crucificado, muerto y sepultado; descendió a los infiernos; al tercer día resucitó de entre los muertos; subió a los cielos y está a la diestra de Dios Padre; desde allí ha de venir a juzgar a los vivos y a los muertos. Creo en el **Espíritu Santo,**

CREDO in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Iesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Pilato, crucifíxus, mórtuus et sepúltus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctó-

en la Santa Iglesia Católica, la comunión de los santos, el perdón de los pecados, la resurrección de los muertos y la vida eterna. Amén.

rum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

INSTRUCTIO

En nombre de los niños (las niñas), recemos la oración de Jesucristo: el Padre Nuestro.

PADRE nuestro, que estás en los cielos; santificado sea tu nombre; venga a nosotros tu Reino; hágase tu voluntad, así en la tierra como en el cielo. Danos hoy nuestro pan de cada día; perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores; y no nos dejes caer en tentación; mas líbranos del mal. Amén.

PATER noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

12. Tertius exorcismus.

INSTRUCTIO

Nuevamente conjuramos al demonio se aparte de estos niños (estas niñas), elegidos (elegidas) para ser templo del Espíritu Santo.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit:

EXORCISMUS

EXORCÍZO te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Iesu ✠ Christi Fílii ejus, Dómini et Iúdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti, ut discédas ab his plas-

mátibus Dei N. et N., quæ Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiant templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eis. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

13. Sensuum aperitio.

Postea Sacerdos pollice tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram dicit, (singulariter singulis):

Éphpheta, quod est, Adaperíre.

Deinde tangit nares, dicens:

In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim iudícium Dei.

14. Satanæ abrenuntiatio.

INSTRUCTIO

Los padrinos manifiesten, en nombre de los niños (las niñas), la decisión de renunciar al espíritu del mundo y de aceptar el Evangelio.

Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens: (singulariter singulis):

N., renuncias a Satanás?	N., abrenúntias sátanæ?

Respondet Patrinus:

℟. Renuncio.	℟. Abrenúntio.

Sacerdos:

Y a todas sus obras?	Et ómnibus opéribus ejus?

Patrinus:

℟. Renuncio. | ℟. Abrenúntio.

Sacerdos:

Y a todas sus seducciones? | Et ómnibus pompis ejus?

Patrinus:

℟. Renuncio. | ℟. Abrenúntio.

15. Oleo Catechumenorum unctio.

INSTRUCTIO

Los (las) ungimos ahora con el Oleo santo que los (las) fortalecerá en su lucha contra el Demonio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens semel (singulariter singulis):

Ego te línio ✠ óleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam.

℟. Amen.

16. Abstersio.

Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili.

TERTIA PARS

INGRESSUS IN BAPTISTERIUM

17. Professio fidei.

Stans ibidem extra cancellos, deponit stolam violaceam et sumit stolam albi coloris.

INSTRUCTIO

Con el cambio de estola expresamos la alegría de que estos niños (estas niñas) sean hechos hijos de Dios. En su nombre hagamos la profesión de fe.

Tunc ingreditur Baptisterium, in quod intrat etiam patrinus cum infantibus.

Sacerdos ad Fontem interrogat, expresso nomine, singulos baptizandos, patrino respondente:

Sacerdos:

N., crees en Dios Padre todopoderoso, creador del cielo y de la tierra?	N., credis in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cæli et terræ?

Patrinus:

℟. Creo.	℟. Credo.

Sacerdos:

Crees en Jesucristo, su Hijo único y Señor Nuestro, que nació y padeció por nosotros?	Credis in Iesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum et passum?

Patrinus:

℟. Creo.	℟. Credo.

Sacerdos:

Crees en el Espíritu Santo, en la Santa Iglesia Católica, en la comunión de los Santos, el perdón de los pecados, la resurrección de los muertos y la vida eterna?	Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, et vitam ætérnam?

Patrinus:

℟. Creo.	℟. Credo.

18. Interrogatio.

Subinde, expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit (singulariter singulis):

N., quieres ser bautizado? | N., vis baptizári?

Patrinus:

℣. Quiero. | ℣. Volo.

19. Baptismus.

INSTRUCTIO

Hermanos, roguemos al Padre de Nuestro Señor Jesucristo, para que, mediante las aguas de esta sagrada Fuente, donde descendió la virtud del Espíritu Santo en la Santa Vigilia de la Resurrección, estos niños (estas niñas) vivan con nosotros en Jesucristo Nuestro Señor.

Tunc patrino, vel matrina, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo seu urceolo accipit aquam baptismalem, et eam ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte et attente, dicit (singulariter singulis):

N., ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, fundit primo, et Fí ✠ lii, fundit secundo, et Spíritus ✠ Sancti, fundit tertio.

Omnípotens sempitérne Deus, réspice propítius super hos fámulos tuos, ad templum sanctum tuum pro gratiárum actióne lætos accedéntes: et præsta; ut in te solum confidéntes, grátiæ tuæ dona percípiant, caritátem in unitáte servent, et post

gar (con su hijo o con sus hijos) a la felicidad eterna. Por Cristo Nuestro Señor.

huius vitæ decúrsum ad ætérnæ beatitúdinis gáudia perveníre mereántur Per Christum Dóminum nostrum.

Responden todos: **Así sea.**

℟. **Amen.**

Deinde cantatur vel legitur hymnus **Te Deum**, pág. 251.

Hymno finito, dicitur:

℣. Bendigamos al Padre y al Hijo con el Espíritu Santo.

℟. Alabémoslo y ensalcémoslo por todos los siglos.

℣. Escucha, Señor, nuestra oración.

℟. Y llegue a Tí nuestro clamor.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO

Oremos.

DIOS, cuya misericordia no tiene límites y cuya bondad es un tesoro infinito: damos gracias a tu benignísima Majestad por todos los beneficios

Orémus.

DEUS, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: piísime majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam sem-

recibidos, y te rogamos, clementísimo Señor, que concedas tus gracias a quienes te piden, no desampares a los que te invocan sino los prepares para recibir los premios que tienes prometidos.

per cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra disponás.

DIOS, que instruyes los corazones de tus fieles con la ciencia del Espíritu Santo: haz que, guiados por este mismo Espíritu, saboreemos las dulzuras del bien y gocemos siempre de sus divinos consuelos.

DEUS qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére.

DIOS, que no permites sea excesivamente afligido ninguno de cuantos tienen puesta su esperanza en Tí, y por el contrario escuchas sus ruegos con bondad: te damos gracias por haber escuchado nuestras súplicas y por los beneficios recibidos, y te pedimos humildemente seamos defendidos de toda adversidad. Por Nuestro Señor Jesucristo.

DEUS, qui néminem in te sperántem nímium afflígi permíttis, sed pium précibus præstas audítum: pro postulatiónibus nostris, votísque susceptis, grátias ágimus, te piísime deprecántes, ut a cúnctis semper muniámur advérsis. Per Christum Dóminum nostrum.

Responden todos: **Así sea.**

℟. **Amen.**

Et aspergat coniuges aqua benedicta, dicens:

La bendición de Dios omnipotente: del Padre, y del Hijo, ✠ y del Espíritu Santo, descienda sobre vosotros y permanezca para siempre.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.

Responden todos: **Así sea.**

℟. Amen.

In fine, dicit eis:

Id en paz, y el Señor esté con vosotros.

Ite in pace et Dóminus sit semper vobíscum.

Responden todos: **Así sea.**

℟. Amen.

13

BENEDICTIO AD OMNIA

(Rit. Rom., tit. IX, cap. VIII, n. 21)

Hæc benedictiónis fórmula adhiberi potest a quovis Sacerdote pro ómnibus rebus, quarum specialis benedictio in Rituali non habetur.

℣. **Nuestro auxilio está en el nombre del Señor.**

℣. Adjutórium nóstrum in nómine Dómini.

℟. **Que hizo el cielo y la tierra.**

℟. Qui fécit cælum et terram.

℣. **El Señor esté con vosotros.**

℣. Dóminus vobíscum.

℟. **Y también contigo.**

℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO

Oremos.

DIOS, que con tu palabra todo lo santificas, ben ✠ dice este objeto, y, por la invocación de tu santísimo Nombre, concede la salud del cuerpo y la protección del alma, a cuantos usen de él, con ánimo agradecido, conforme a tus mandamientos y a tu voluntad. Por Cristo Nuestro Señor.

Responden todos: **Así sea.**

Et aspergatur (vel aspergantur) aqua benedicta.

Postea ad líbitum sacerdotis monitio fieri potest his vel similibus verbis.

Orémus.

DEUS, cujus verbo sanctificántur ómnia, bene ✠ dictiónem tuam effúnde super creatúram istam (creatúras istas): et præsta, ut quisquis ea (eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actióne usus fuérit, per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam, te auctóre, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

Hermanos míos: alabemos la bondad de Dios que a cada paso multiplica sobre nosotros su bendición, para que nuestra vida de peregrinos en la tierra transcurra según el recto orden de la razón, y en una mayor unión y conformidad con su divina voluntad. Cada criatura que Dios pone en nuestras manos o para nuestro uso y provecho, debe ser un instrumento y medio del cual nos sirvamos para llegarnos a El, que es nuestro último fin.

Oremos finalmente, todos juntos, como nos enseñó Jesucristo, Nuestro Maestro y Señor. Padre nuestro, *etc....*

Et in fine: La bendición de Dios omnipotente...

14

BENEDICTIO DOMUS SCHOLARIS

(Rit. Rom., tit. IX, cap. VI, n. 6)

Sacerdos ingrediens aspergat cubicula aqua benedicta, dicens:

℣. La paz del Señor habite en esta casa.

℟. Y en todos los que en ella moran.

℣. Nuestro auxilio está en el nombre del Señor.

℟. Que hizo el cielo y la tierra.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fécit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio

Oremos.

SEÑOR Nuestro Jesucristo que mandaste a tus Apóstoles implorasen la paz sobre cualquier casa donde entrasen: te pedimos que santi ✠ fiques, por nuestro ministerio, este lugar destinado a la educación de los niños (o, de las niñas); derrama so-

Orémus.

DÓMINE Iesu Christe, qui Apóstolis tuis præcepísti, ut, in quamcúmque domum intrárent, pacem illi adprecaréntur, sancti ✠ fica, quæsumus, per ministérium nostrum hanc domum púeris (vel puéllis) educándis destinátam; effúnde super eam

bre él la abundancia de tu ben ✠ dición y de tu paz; llegue a él la salvación como llegó a la casa de Zaqueo cuando Tú entraste en ella.

Manda a tus Angeles que lo custodien y alejen de él todo poder del demonio. Llena a sus maestros con el espíritu de ciencia, de sabiduría y de tu santo temor. Infunde a los alumnos tu gracia celestial, para que reciban en su inteligencia, conserven en su corazón y pongan por obra cuanto para su bien se les enseña. Haz que todos los que viven aquí te agraden con el ejemplo de todas las virtudes, para que merezcan ser recibidos un día en la morada eterna de la gloria. Lo pedimos por Tí, Jesucristo, Salvador del mundo, que siendo Dios vives y reinas por los siglos de los siglos.

Responden todos: **Así sea.**

tuæ bene ✠ dictiónis et pacis abundántiam, fiat eis salus, sicut dómui Zacháei, te intránte, facta est.

Manda Angelis tuis, ut eam custódiant, et ab ea omnem inimíci repéllant potestátem; reple docéntes in ea spíritu sciéntiæ, sapiéntiæ et timóris tui; discéntes cælésti grátia fove, ut, quæ salutáriter edocéntur, intelléctu cápiant, corde retíneant, ópere exsequántur; atque omnes habitatóres eius virtútum ómnium opéribus tibi pláceant, ut in ætérnam domum in cælis aliquándo récipi mereántur. Per te, Iesu Christe Salvátor mundi, qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum.

℟. **Amen.**

Peculiaris monitio ne omittatur.

15

BENEDICTIO VEHICULI

(Rit. Rom., tit. IX, cap. VIII, n. 8)

℣. Nuestro auxilio está en el nombre del Señor.

℟. Que hizo el cielo y la tierra.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fécit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO

Oremos.

ROGÁMOSTE, Señor y Dios Nuestro, que seas propicio a nuestras súplicas y, con tu santa mano, ben ✠ digas este (automóvil, coche, carro, etc.,). Manda a tus Santos Angeles que lo acompañen, para que libren y defiendan de todos los peligros a cuantos han de viajar en él. Y así como por medio del diácono Felipe concediste la fe y la gracia a aquel Etíope que,

Orémus.

PROPITIÁRE, Dómine Deus, supplicatiónibus nostris, et béne ✠ dic currum istum déxtera tua sancta: adiúnge ad ipsum sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eo vehéntur, líberent et custódiant semper a perículis univérsis: et quemádmodum viro Æthíopi super currum suum sedénti et sacra elóquia legénti, per Levítam

sentado en su carro, leía las Santas Escrituras, así también muestra a tus siervos el camino de la salvación, para que, con el auxilio de tu gracia y aplicados constantemente al ejercicio de las buenas obras, después de todas las vicisitudes del paso por esta tierra y de esta vida temporal, merezcan conseguir los goces eternos de la gloria. Por Nuestro Señor Jesucristo.

Responden todos: **Así sea.**

tuum Philíppum fidem et grátiam contulísti; ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui tua grátia adiúti bonísque óperibus iúgiter intenti, post omnes viæ et vitæ huius varietátes, ætérna gáudia cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

Et aspergatur aqua benedicta. Postea concluditur aliqua pastorali monitione et **Pater noster** lingua vulgari.

16

BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM

(Rit. Rom., tit. IX, cap. III, n. 11-5)

℣. Nuestro auxilio está en el nombre del Señor.

℟. Que hizo el cielo y la tierra.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fécit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO

Oremos.

BEN ✠ DICE, Señor, estos nuevos frutos de N., y concede que cuantos se alimenten de ellos, invocando tu santo nombre, puedan disfrutar de la salud del alma y del cuerpo. Por Nuestro Señor Jesucristo.

Responden todos: Así sea.

Et aspergantur aqua benedicta.

Orémus.

BÉNE ✠ DIC, Dómine, hos novos fructus N., et præsta, ut qui ex eis in tuo sancto nómine vescéntur, córporis et animæ salúte potiántur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

17

BENEDICTIO ANULORUM IN PROMISSIONE MATRIMONII

(Ex Manuali Toletano excerpta)

INSTRUCTIO

Hermanos muy amados: vais a santificar la última etapa del amor que os ha unido hasta hoy, antes de vuestro cercano matrimonio. Desde ahora debéis sentiros más obligados a vivir como verdaderos cristianos, guardando fielmente los preceptos del Señor, para que podáis fundar un hogar auténticamente cristiano.

Desde el momento mismo de vuestro matrimonio seréis los fundadores de nuevas familias: de la vuestra, y de todas las que se sucedan de vosotros con el correr de los años. El porvenir de estas familias se oculta en los misterios insondables de Dios. Ellas están destinadas a dar a la sociedad buenos ciudadanos que procuren el orden, la paz y la seguridad social; familias destinadas a acrecentar la Iglesia de Jesucristo con nuevos hijos de Dios, y quizá, también, con nuevos sacerdotes y religiosos; familias, en fin, destinadas a preparar los nuevos ciudadanos de la Patria celestial.

Para alcanzar estos frutos, y para que vuestros descendientes sean buenos discípulos de Jesucristo, vosotros mismos, los primeros, debéis llevar una vida íntegramente cristiana, guardando con fidelidad la Ley de Dios y las enseñanzas del Evangelio, tanto en vuestra vida íntima y familiar, como en vuestra vida pública y social.

Amadísimos hermanos: al recordaros en presencia de vuestros familiares y amigos la obligación que tenéis, como cristianos, de cumplir estos deberes, os auguramos toda clase de bienes, y pedimos al Señor que sus bendiciones desciendan copiosamente sobre vosotros, sobre las familias de donde procedéis, y particularmente sobre la que vais a formar en el día muy cercano de vuestro matrimonio.

℣. Nuestro auxilio está en el nombre del Señor.

℟. Que hizo el cielo y la tierra.

℣. Sea bendito el nombre del Señor.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fécit cælum et terram.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum.

℟. Desde ahora y para siempre.

℣. Escucha, Señor, nuestra oración.

℟. Y llegue a Tí nuestro clamor.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio

Oremos.

Orémus.

Señor, Creador y conservador del género humano, que das la gracia sobrenatural y la eterna salvación, haz descender tu ben ✠ dición sobre estos anillos para que quienes los lleven en sus manos como signo de mutua fidelidad, adelanten todos los días en el camino de su salvación, defendidos con tu celestial protección por Nuestro Señor Jesucristo.

Responden todos: **Así sea.**

Creátor et conservátor géneris humáni, dator grátiæ spirituális, largítor ætérnæ salútis: tu, Dómine, tuam mitte bene ✠ dictiónem super hos ánulos, ut qui hoc fidelitátis signo insignítus incésserit, in virtúte cæléstis defensiónis, ad ætérnam vitam sibi proficiat. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

18

Formula brevior

BENEDICENDI ET IMPONENDI SCAPULARE B. M. V. de Monte Carmelo

Quæ adhiberi potest, præsertim in privatis receptiónibus, vel occasione magni concursus, ad majorem Sacerdotis recipientis commoditatem.

(Approbata a S. R. C. die 24 Iulii 1888)

Persona recipienda ad Habitum genuflexa, Sacerdos superpelliceo et stola albi coloris, aut saltem stola indutus, dicat:

℣. Muéstranos, Señor, tu misericordia.

℟. Y danos tu salvación.

℣. Escucha, Señor, nuestra oración.

℟. Y llegue a Tí nuestro clamor.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO

Oremos.

SEÑOR Nuestro Jesucristo, Salvador del género humano, santi ✠ fica

Orémus.

DÓMINE Iesu Christe, humáni géneris Salvátor, hunc hábitum,

este hábito que tu siervo (sierva) ha resuelto llevar por amor a Tí y a tu Santísima Madre, la Virgen María del Monte Carmelo. Que por la intercesión de esta misma Señora sea defendido (defendida) de los ataques del enemigo y persevere en tu gracia hasta la muerte. Tú que vives y reinas por los siglos de los siglos.

quem propter tuum tuæque Genitrícis Vírginis Maríæ de Monte Carmelo amórem servus tuus (ancílla tua) devóte est delatúrus (-a) déxtera tua sanctí ✠ fica, ut eádem Genitríce tua intercedénte, ab hoste malígno defénsus (-a) in tua grátia usque ad mortem persevéret: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

Responden todos: **Así sea.** | R/. **Amen.**

Deinde aspergat Habitum aqua benedicta, et postea illum imponat personæ, vel personis (cuilibet separatim) dícens:

RECIBE este hábito bendito, suplicándole a la Santísima Virgen que por sus méritos, puedas llevarlo sin mancha, te defienda de toda adversidad y te conduzca a la vida eterna.

ACCIPE (Accípite) hunc hábitum benedíctum precans (precántes) sanctíssimam Vírginem, ut eius méritis illum pérferas (perferátis) sine mácula, et te (vos) ab omni adversitáte deféndat, atque ad vitam perdúcat ætérna.

Responden todos: **Así sea.** | R/. **Amen.**

Postea subjungat:

Yo, con el poder que me ha sido concedido, te hago partícipe de todos los bienes espirituales que, con la cooperación de la misericordia de Jesucristo Nuestro Señor, propagan los religiosos del Monte Carmelo. En el nombre del Padre, y del Hijo, ✠ y del Espíritu Santo.

Responden todos: Así sea.

Dios todopoderoso, creador del cielo y de la tierra, te ben ✠ diga, ya que se ha dignado agregarte a la Confraternidad de la Santísima Virgen María del Monte Carmelo. Y a ella le pedimos que, en la hora de tu muerte, aplaste la cabeza de la serpiente infernal, y que logres al fin conseguir la palma y corona de la herencia sempiterna. Por Nuestro Señor Jesucristo.

Responden todos: Así sea.

Ego, ex potestáte mihi concéssa, recípio te (vos) ad participatiónem ómnium bonórum spirituálium, quæ, cooperánte misericórdia Iesu Christi, a Religiósis de Monte Carmélo peragúntur. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti.

℟. Amen.

Bene ✠ dícat te (vos) Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui te (vos) cooptáre dignátus est in Confraternitátem beátæ Maríæ Vírginis de Monte Carmélo: quam exorámus, ut in hora óbitus tui (vestri) cónterat caput serpéntis antíqui, atque palmam et corónam sempitérnæ hereditátis tandem consequáris (consequámini). Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Aspergatur persona aqua benedicta. Si plures simul recipiendi sint, mutetur numerus.

Si Habitus solummodo benedicendus sit, tunc benedictio incipit a ℣. **Osténde,** et concluditur cum Oratione **Dómine Iesu Christe.**

19

IN GRATIARUM ACTIONE
Te Deum et Orationes

(Rit. Rom., App. Pars. I n. IV)

A TÍ, DIOS, te alabamos; * a Tí, Señor, te damos gracias.

A Tí, eterno Padre, * toda la tierra te venera.

A Tí, todos los Angeles, * a Tí los cielos y todas las Potestades.

A Tí, los Querubines y Serafines * con voz incesante proclaman.

Santo!, Santo!, Santo!, * Señor Dios de los Ejércitos.

Llenos están los cielos y la tierra * de la majestad de tu gloria.

A Tí el glorioso * coro de los Apóstoles.

A Tí de los Profetas * la muchedumbre admirable.

A Tí te alaba * el resplandeciente ejército de los Mártires.

A Tí por todo el orbe de la tierra * la santa Iglesia te alaba.

TE DEUM laudámus; * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cæli, et univérsæ Potestátes.

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábile voce proclámant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, * Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra * maiestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus.

Te Prophetárum * laudábilis número.

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia.

A Tí, Padre, * de majestad inmensa.

A Tu adorable, verdadero * y único Hijo.

Y también al Santo * y Paráclito Espíritu.

Tú eres el Rey de la gloria * Cristo!

Tú del Padre * eres el Hijo sempiterno.

Tú, por librar al hombre * no temiste el seno de la Virgen.

Tú, quebrantando el aguijón de la muerte * abriste a los creyentes el reino de los cielos.

Tú estás a la diestra de Dios * en la gloria del Padre.

Creemos que como Juez * haz de venir un día.

Patrem * imménsæ maiestátis.

Venerándum tuum verum * et únicum Fílium.

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu, ad liberándum susceptúrus hóminem, * non horruísti Vírginis úterum.

Tu, devícto mortis acúleo, * aperuísti credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes, * in glória Patris.

Iudex créderis * esse ventúrus.

La siguiente estrofa se dice de rodillas:

A Tí, pues, te rogamos vengas en ayuda de tus siervos * a quienes con tu preciosa sangre redimiste.

Haz que eternamente con tus Santos * seamos contados en la gloria.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, * quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum sanctis tuis * in glória numerári.

Salva a tu pueblo, Señor, * y bendice tu herencia.

Gobiérnalos y ensálzalos * hasta la eternidad.

Todos los días * te bendecimos.

Y alabamos tu nombre por los siglos * y en los siglos de los siglos.

Dígnate, Señor, en este día* conservarnos sin pecado.

Ten piedad de nosotros, Señor, * ten piedad de nosotros.

Descienda sobre nosotros tu misericordia, Señor, * porque hemos puesto nuestra esperanza en Tí.

En Tí, Señor, he esperado * no sea confundido eternamente.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, speravit, * non confúndar in ætérnum.

Si se hizo procesión, se dicen los siguientes ℣℣. y ℟℟.:

℣. Bendito eres, Señor, Dios de nuestros padres.

℟. Digno de alabanza y glorioso para siempre.

℣. Bendigamos al Padre y al Hijo con el Espíritu Santo.

℣. Benedíctus, es, Dómine, Deus patrum nostrórum.

℟. Et laudábilis, et gloriósus in sæcula.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum sancto Spíritu.

℟. Alabémoslo y ensalcémoslo por todos los siglos.

℣. Bendito eres, Señor, en el firmamento de los cielos.

℟. Digno eres de alabanza, y glorioso y ensalzado por todos los siglos.

℣. Alma mía, bendice al Señor.

℟. Y nunca olvides ninguno de sus beneficios.

℣. Escucha, Señor, nuestra oración.

℟. Y llegue a Tí nuestro clamor.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli.

℟. Et laudábilis et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino.

℟. Et noli oblivísci omnes retributiónis eius.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Si no se hizo procesión, los versos que han de decirse son los siguientes:

℣. Bendigamos al Padre y al Hijo con el Espíritu Santo.

℟. Alabémoslo y ensalcémoslo por todos los siglos.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Bendito eres, Señor, en el firmamento de los cielos.

℟. Digno eres de alabanza y glorioso y el más grande por todos los siglos.

℣. Escucha, Señor, nuestra oración.

℟. Y llegue a Tí nuestro clamor.

℣. El Señor esté con vosotros.

℟. Y también contigo.

℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli.

℟. Et laudábilis et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio

Oremos.

DIOS, cuya misericordia no tiene límites y cuya bondad es un tesoro infinito: damos gracias a tu benignísima Majestad por todos los beneficios recibidos, y te rogamos, clementísimo Señor, que concedas tus gracias a quienes te piden, no desampares a los que te invocan sino los prepares para recibir los premios que tienes prometidos.

Orémus.

DEUS, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

DIOS, que instruyes los corazones de tus fieles con la ciencia del Espíritu Santo: haz que, guiados por este mismo Espíritu, saboreemos las dulzuras del bien y gocemos siempre de sus divinos consuelos.

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudére.

DIOS, que no permites sea excesivamente afligido ninguno de cuantos tienen puesta su esperanza en Tí, y por el contrario escuchas sus ruegos con bondad: te damos gracias por haber escuchado nuestras súplicas y por los beneficios recibidos, y te pedimos humildemente seamos defendidos de toda adversidad. Por Nuestro Señor Jesucristo.

DEUS, qui néminem in te sperántem nímium afflígi permíttis, sed pium précibus præstas audítium: pro postulatiónibus nostris, votísque susceptis grátias ágimus, te piíssime deprecántes; ut a cunctis semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Responden todos: **Así sea.**

℟. **Amen.**

EXSEQUIARUM ORDO

(Rit. Rom., tit. VII, cap. 3)

Constituto tempore quo corpus ad ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, et alii qui funeri interesse debent. Parochus, indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, clerico præferente Crucem et alio aquam benedictam, ad domum defuncti procedit.

1. Ad domum defuncti.

Parochus vero, antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta; mox dicit sine cantu:

Ant. Si iniquitates obsérváveris, Dómine: Dómine, quis sustinebit?

PSALMUS 129

DE PROFÚNDIS clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obsérváveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Réquiem ætérnam * dona ei, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat ei.

Si Exsequiæ fiant pro pluribus defunctis, in hoc Versu, et in omnibus Versiculis et Orationibus, pro singulari ponatur numerus pluralis, præterquam in Oratione **Non intres,** ut infra, p. **263.**

Deinde Parochus repetit Antiphonam totam:

Si iniquitates, etc.

2. Delatio defuncti ad ecclesiam.

Tum cadaver effertur, Parochusque de domo procedens, statim gravi voce intonat Antiphonam:

Cantores inchoant:



Clero alternatim prosequente:

Psalmus 50

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et pecátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: ℣ et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: ℣ incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: ℣ lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: ℣ et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: ℣ et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: ℣ et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: ℣ et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: ℣ et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: ℣ et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: ℣ et exsultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: ℣ et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium dedíssem útique: ℣ holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: ℣ cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: ℣ ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, et holocáusta: ℣ tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam ℣ dona ei, Dómin

Et lux perpétua ℣ lúceat ei.

3. Officium in ecclesia.

Ad ingressum ecclesiæ repetitur Antiphona:

Deinde, ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, Cantore incipiente et Clero alternatim respondente, videlicet:

4. Si vero, delato ad ecclesiam cadavere, statim persolvi non debeant Officium et Missa, quæ serius vel die sequenti habeantur, tunc, cantato Responsorio **Subveníte,** dicatur: **Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster,** etc., cum sequentibus Versiculis et Oratione, ut infra, num. 5, adhibita conclusione brevi **Per Christum Dóminum nostrum.** ℟. **Amen.** Deinde: ℣. **Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.** ℟. **Et lux perpetua lúceat ei.** ℣. **Requiéscat in pace.** ℟. **Amen.**

5. Ad finem Officii Defunctorum, post repetitam Antiphonam Cantici Benedictus **Ego sum resurréctio,** etc. (vel post Nocturnum vel Nocturnos, si Laudes omittantur), dicitur flexis genibus (cantando ut infra, pag. 265).

Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue, Dómine, ánimam eius.
℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

ABSÓLVE, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.) ab omni vínculo delictórum; † ut in resurrectiónis glória * inter Sanctos et eléctos tuos resuscitátus (-a) respíret. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: † Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, * per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, post nomen proprium addatur vox **Sacerdótis.**

Post Orationem, si hæc non dicitur immediate ante Exsequias vel Missam vel Absolutionem, adduntur ℣℣. **Réquiem ætérnam** et **Requiéscant.**

6. Absolutio ad feretrum.

Finita Missa exsequiali, ultimo Evangelio omisso, celebrans, depositis casula seu planeta et manipulo in plano ad latus Epistolæ accipit pluviale nigri coloris, Diacono et Subdiacono paratis remanentibus, depositis tamen manipulis. Tunc, Diacono tenente librum, Celebrans iunctis manibus absolute dicit sequentem Orationem (nulla numeri aut generis facta mutatione, etiamsi pro pluribus aut pro femina dicatur).

Non intres in iudícium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te omnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quæsumus, tua iudiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicátio fídei christiánæ comméndat: sed, grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere iudícium ultiónis, qui dum víveret, insignítus est signáculo sanctæ Trinitátis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

7. Deinde, Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens Responsorium:

1 Vide in Appendice, p. 289, preces quæ post latinam lectionem spanice recitari possunt.

sæ- cu-lum per i- gnem. ℣. Tremens factus



sum e-go, et tí- me- o, dum discússi- o vé-ne- rit,



at- que ventú- ra i-ra. Quando cæ- li mo-

véndi sunt et ter- ra. ℣. Di- es il-la, di- es i-ræ,

ca-lami- tá- tis et mi-sé- ri- æ, di- es magna et a-

má-ra val- de. †Dum vé- ne- ris ju-di-

cá- re sæ- cu-lum per i- gnem.



℣. Réqui- em æ-térnam do-na e- is, Dó- mi- ne : et lux

perpé-tu- a lú- ce- at e- is.

Repet. Libera me, Dómine, usque ad ℣. Tremens.

8. Dum repetitur prædictum Responsorium, Sacerdos, Diacono ministrante, accipit incensum de navicula et ponit in thuribulum, benedicens illud more solito. Finito Responsorio, Cantor cum primo Choro dicit:



Ký-ri- e, e-lé- i-son.

Et secundus Chorus respondet:



Chri-ste, e- lé- i-son.

Deinde omnes simul dicunt:



Ký-ri- e, e- lé- i-son.

9. Mox Sacerdos dicit alta voce:



Pa-ter noster.

Et secreto continuatur ab omnibus. Ipse interium accipit de manu Diaconi aspersorium aquæ benedictæ, et circumiens feretrum, aspergit corpus defuncti aqua benedicta, ter a parte sinistra cadaveris et ter a dextera. Deinde accipit thuribulum, et eodem modo quo asperserat, circuit feretrum, et corpus incensat; postea, stans in loco suo, iunctis manibus dicit:



℣. Et ne nos indú-cas in tenta- ti ó-nem ℟ Sed lí-be-ra



nos a ma-lo. ℣. A porta infe-ri. ℟. E-ru- e, Dómi-ne,



á-nimam e-ius. ℣. Requi- éscat in pa-ce. ℟. Amen.



℣. Dómi-ne, ex-áudi o-ra-ti- ónem me- am. ℟. Et clamor



me- us ad te vé-ni- at.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere: te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), quam hódie de hoc sæculo migráre iussísti, † ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed iúbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; ° ut, quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur: pro ánima fámuli tui N... Sacerdótis, quam, etc.

10. Delatio defuncti ad cœmeterium.

Finita Oratione, corpus defertur ad sepulcrum, si tunc deferendum sit: dum autem portatur, vel in eodem loco, si tunc non portetur, Clerici cantant Antiphonam:

ló-rum te sus- cí-pi- at, et cum Lá-za-ro quondam



páupe-re æ-térnam há-be- as réqui- em.

11. **Canticum Zachariæ.**

Deinde, etiamsi corpus tunc ad sepulturam delatum non fuerit, Sacerdos prosequantur Officium, ut infra, quod numquam omittitur; et intonet Antiphonam:



Ego sum re-surrécti- o et vi-ta : qui credit in me,



é- ti- am si mórtu- us fú-e-rit, vi-vet : et om- nis



qui vi-vit et cre-dit in me, non mo-ri- é-tur in æ-

térnum.

Cant. Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ël.

E u o u a e. Et e- ré-xit.

Canticum Zachariae

(Luc. 1, 68-79)

Benedíctus Dóminus, Deus Israël, * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ:

Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte, et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam * dona ei, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat ei.

Ac, si longitudo itineris postulaverit, dicatur psalmus De profundis et alii psalmi ex Officio defunctorum, et in fine cuislibet psalmi dicitur: Requiem æternam dona ei, Domine.

12. In cœmeterio

Ad ingressus cœmeterii repetitur antiphona Ego sum, ut supra.

Cum autem pervenerit ad sepulcrum, si non sit benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem:

Orémus. ORATIO.

DEUS, cuius miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, hunc túmulum bene ✠ dícere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem: et * (quorum quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum) ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine (læténtur). Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Si sepulcrum pro uno tantum inserviat, dicatur: et * (cujus corpus hic sepelítur, ánimam ejus...) (lætétur).

13. Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti et tumulum.

Postea Sacerdos dicit: Chorus prosequitur:

Sacerdos:



Pa-ter noster.

Interim corpus, quin circumeat, aspergit.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ánimam eius.

℣. Requiéscat in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

FAC, quæsumus, Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (ancílla tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (quæ) tuam in votis ténuit voluntátem: † ut, sicut hic eum (eam) vera fides iunxit fidélium turmis; ° ita illic eum (eam) tua miserátio sóciet angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Deinde Celebrans, faciens crucem manu dextera super feretrum, dicit:

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.
℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.
℣. Anima eius, et ánimæ ómnium fidélium defunctórum, per misericórdiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen.

14. Ritus superius descriptus servandus est pro defunctis adultis, tam Clericis quam laicis, etiam a Diacono Exsequias peragente de Ordinarii loci vel Parochi licentia, gravi de causa concedenda, quæ in casu necessitatis legítime præsumitur.

ORDO SEPELIENDI PARVULOS

(Rit. Rom., tit. VII, cap. 7)

Parochus, superpelliceo et stola alba indutus, præcedente Cruce, quæ sine hasta defertur, accedit ad domum defuncti.

Sacerdos aspergit corpus, deinde dicit:

Antiphona.



Psalmus 112

Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri, et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Antiphona.



Sit nomen Dómi-ni be-ne-díctum, ex hoc nunc et



usque in sæ-cu-lum.

1. Dum portatur corpus ad ecclesiam, dicatur Ps. 118 **Beáti immaculáti,** ut infra; et, si tempus superest, dici potest Ps. 148 **Laudáte Dóminum de cælis** (pag. 278); in fine autem utriusque Psalmi dicitur: **Glória Patri,** etc.

Psalmus 118

Beáti immaculáti in via: * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur testimónia eius: * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis eius ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis: * in eo quod dídici iudícia iustítiæ tuæ.

Iustificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? *

in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te: * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine: * doce me iustificátiónes tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor: * et considerábo vias tuas.

In iustificatiónibus tuis meditábor: * non oblivíscar sermónes tuos.

Glória Patri, et Fílio, * et Spíritu Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: * et in sæcula sæculórum. Amen.

Cum pervenerint ad ecclesiam, dicatur:

Antiphona.

PSALMUS 23

DÓMINI est terra, et plenitúdo eius: * orbis terrárum et univérsi qui habitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vano ánimam

suam, * nec iurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo, salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Iacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? † Dóminus fortis et potens: * Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri, et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper: * et in sæcula sæculórum. Amen.

Antiphona.



Postea Sacerdos dicit: Kyrie, eléison.

Chorus prosequitur: Christe, eléison. Kyrie, eleison (ut supra, pag. 265).

Sacerdos: **Pater noster** secreto.

Interim corpus aspergit.

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

℟. **Sed líbera nos a malo.**

℣. **Me autem propter innocéntiam suscepísti.**

℟. **Et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.**

℣. **Dóminus vobíscum.**

℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. ORATIO.

OMNÍPOTENS et mitíssime Deus, qui ómnibus párvulis renátis fonte baptísmatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eórum méritis vitam íllico largíris ætérnam, sicut ánimæ huius párvuli (-læ) hódie crédimus te fecísse: † fac nos, quæsumus, Dómine, per intercessiónem beátæ Maríæ semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, hic purificátis tibi méntibus famulári, * et in paradíso cum beátis párvulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

Dum portatur ad tumulum, vel in eodem loco, si tunc non portetur, dicitur:

Antiphona.



Psalmus 148

Laudáte Dóminum de cælis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Angeli eius: * laudáte eum, omnes virtútes eius.

Laudáte eum, sol et luna: * laudáte eum, omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum, cæli cælórum: * et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum eius:

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennátæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes iúdices terræ.

Iúvenes, et vírgines: senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * fíliis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Glória Patri, et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper: * et in sæcula sæculórum. Amen.

Antiphona.

Iú-ve-nes et vír-gi-nes, se-nes cum ju-ni-ó-ri-bus laudent



nomen Dómi-ni.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Sínite párvulos veníre ad me.

℟. Tálium est enim regnum cælórum.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, sanctæ puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli (-læ) ad cælórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es: dignéris étiam, Dómine, ita nobíscum misericórditer ágere; † ut méritis tuæ sanctíssimæ passiónis, et intercessióne beátæ Maríæ semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, * in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis et eléctis tuis semper fácias congaudére: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Deínde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta, et thurificet, similiter et tumulum: postea corpus sepeliatur.

Cum autem revertuntur a sepulcro in ecclesiam, vel accedunt ad Altare, dicatur:

Antiphona.



Canticum Trium Puerorum

(Dan. 3, 57-88 et 56)

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, aqua omnes, quæ super cælos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino: * benedícite, stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino: * benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, maria et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedí-

cite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, omnes, béstiæ et pécora, Dómino: * benedícite, fílii hóminum, Dómino.

Benedícat Israël Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus, et ánimæ iustórum Dómino: * benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli: * et laudábilis et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Antiphona.



Deinde ante Altare dicit Sacerdos:

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

DEUS, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: † concéde propítius; ut, a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, * ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono eamdem functionem peragente de Ordinarii loci vel Parochi licentia, gravi de causa concedenda, quæ in casu necessitatis legitime præsumitur.

FINIS EXCERPTORUM EX RITUALI ROMANO

APENDICE

AL "ELENCHUS RITUUM" PARA LA AMERICA LATINA

Aprobado por el

CONSEJO EPISCOPAL LATINO AMERICANO

VI Reunión del CELAM - México. Oct. 1961

1

CONSAGRACION DEL NIÑO

a la Santísima Virgen María

(Después del Bautismo)

Santísima Virgen María, Madre de Dios y Madre nuestra, te presentamos a este niño (esta niña) que Dios nos ha dado y confiado a nuestro cuidado y protección, y que hoy, por el Santo Bautismo, se ha hecho hijo (hija) de Dios y hermano (hermana) y miembro vivo de tu divino Hijo Jesús en la Santa Iglesia. Te lo (la) consagramos con todo nuestro corazón, y lo (la) entregamos confiadamente a tu ternura y vigilancia maternal.

